



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 16. Non malis, sed bonis artibus, pecunias esse quærendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

blanditijs , aut nequitijis suis corda virorum euertunt , & ad hæreses , aut alios errores , nec rarò ad idola pertrahunt , quod ipsi contigit Salomoni . Non est hoc bona vxoris , de qua dicitur , *sanctificatus est vir infidelis , per mulierem fidelem* : quod de S. Cæcilia legimus , quæ maritum suum Valerianum ; de Theodora , quæ Sisinnium ; de Clotilde , quæ Clodouæum ; de Natalia , quæ Adrianum , per preces , per verba , per bona opera , per exempla sancta , conuertit . At maritum habes fidelem ? si non potes illum conuertere ad fidem , in qua iam est , conuerte ad iustitiam , conuerte ad misericordiam , conuerte ad charitatem ; doce eum dare eleemosynas , nec ei manū iniice dare cupienti , quod multas , prô dolor , auarissimas Orci Nymphas audiuimus factitare .

## §. XVI.

*Non malis , sed bonis artibus , pecunias esse querendas .*

Discite hîc & vos pecuniæ sititores , non pluris facere industriam vestram , quàm gratiam diuinam : non magis confidere , in ve-

Psal. 126. stro labore , quàm in Dei ope . *Vanum est vobis , ante lucem surgere ; vanum , tota nocte , laborantes vigilare , & facere operationem in flumi-*

R. Cor. 7.  
14.

2.

fluminum nauigandorum, aut sudorum a-  
quis multis; nihil capietis, si Christus non  
sit vobiscum. *Nisi Dominus ædificauerit do-*  
*mum, in vanum laborauerunt, qui ædificant*  
*eam.* Hic messor plus cessando messuit,  
quam alij, usque ad occasum solem, se de-  
fatigando. Discite, mortales inter vera & va-  
na auxilia, discrimin facere. Nolite vobis  
promittere à mandragoris pecunias; non  
fert ea radix nummos. Nolite effodere the-  
sauros, quos atri custodiunt canes. Cerbe-  
rus, non Deus; Gryphes, non Cœlites, ha-  
bitant in illis hypogæis. Nolite animam  
vestram vendere tribus Philippæis, Chri-  
stum triginta argenteis. Non dat Orcus o-  
pes, quibus ditescatis. Cum putaueritis vos  
habere crumenam ære grauem, carbones  
thesaurus erunt; & saepius stercora, quam  
numismata colligetis. Denique, quando ni-  
hil acceperitis, cum Pluto, Plutonem estis  
adoraturi. Deum colite, ille aurum crea-  
uit. Ille, cum nemo iuuerit, ditabit. Ille &  
diuinam virgulam, & auream, sed castam,  
pluuiam potest è cœlo mittere. Ab illo, tan-  
quam sponsæ, arrham accepistis, quidquid  
habetis. Caue, homo, ne de tua anima sit  
illa querela: *Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei* *Ofee. 2.8.*

H 4

fru-

120 Cap. VI. Bonitas Dei in Baptismo

frumentum, & vinum, & oleum, & argen-  
tum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt  
*Baal*, quasi dæmonis, non Numinis dona;  
ab Inferis, non à Superis impetranda. Si qua-  
re indiges, Patrem adi, non hostem, apud  
quem, qui volunt diuites fieri, incidunt in ten-  
tationem, & in laqueum diaboli. Hinc tam  
multi, ob amissam vnicam vaccam, aut le-  
ue damnum, seipsoſ ſuspendunt: verè enim  
in laqueum diaboli incident, quem illis te-  
tendit.

i. Tim. 6.  
9.

C A P V T. VI.  
*Diuinae bonitatis iudicia, in Sacramento*  
*Baptismi & Confirmationis, gratiaq;*  
*diuina, mirabiliter suppedita-*  
*tatis.*

§. I.

*Saulo fidei, Eunicho baptismi gratia quam in-*  
*sperato oblata?*

Vòd si, iudicio Dei, à pecunijs alijſque terrenis bonis homines de-  
fertissimi tantā habent compensa-  
tionem, vt vel diuinitus pecuniā inuentur,  
vel alia accipient bona pecunijs longè præ-  
stantiora: quid egenti non erit sperandum  
de cœlestibus thesauris? Inter quos est di-  
uina